

I V S T I L I P S I  
A D  
C. Cornelium  
T A C I T V M  
C V R A E  
S E C V N D A E.



Ex OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Franciscum Raphelengium.  
M.D.LX.Io. lxxxviii.

Flustri Viro  
HENRICO  
RANZOVIO,

VICARIORE GESU  
DANIE, *et* LIPSIUS  
*Iustus* *hoc dedicat.*



D Tacitum meum  
quæ nuper adtexui,  
Vir Illustris, bre-  
uem & velut alte-  
rum Commenta-  
rium: ea vulgo sub tutelâ nomi-  
nis tui. Non improbabis, spe-  
ro. quia munus etsi per se haud  
magnum; tamen ad magnum  
scriptorem pertinet, & qui vñus  
veterum clarissimam lucem de-  
dit Germaniæ vestræ. Merito

IVSTI LIPSI  
CVRÆ SECUNDÆ.  
AD  
LIB. I. ANNAL.

De ea quæ notau*i* Com. pag. 3.  
 de Caij & Lucij morte, addi <sup>De C. & L.</sup> <sub>morte,</sub> velim Suetonij locum, Tib.  
 cap. xv: Caio & Lucio intra triennium defunctis, ad-  
 optatur ab Augusto. nec addi solum, sed  
 & corrigi. Nam hoc de triennio, nonne ni-  
 mis laxum? apparet è Velleio: Caius, inquit,  
 in urbe Lyciae morbo obiit, cum ante an-  
 num fermè L. Cæsar Massiliæ morbo de-  
 cessisset. En, duntaxat interuallum facit  
 paullo plus anni. Ex ipso Suetonio, Aug.  
 cap. LXV. Caium & Lucium in du-  
 deuiginti mensium spacio amisit ambos.  
 Non ergo ambiges, quis scribend. intra  
 biennium.

Suetonius  
correctus.

PAG. I. Druſo pridem extinto.]

Haud ita pridem, ne fallare. saltent ante  
 biennium, ex lapsu equi, in Germania. Dio-  
 nem adi initio lib. LV.

2. Agrippam in insulam Plana-

A siam.]

In Polybij  
verbis defe-  
ctus.

Lapides con-  
tra Polybiū.

Et Nummi.

femori appendet: ideo etiam Gracis ὀδγημένοι dictum. Glossæ priscae: μάχαιρα, τὸ ὀδγημένον, sica. Itaque in Polybij verbis distinctè de utroque isto fuisse arbitror, aquæ atque in Iosephi: sed vel incuria pluscula verba omissa, vel imperitiâ accisa. De reipsâ quidem quid fluctuant? nōnne monumenta & lapides Romæ docent passim? ego quidem ita vidi. nōnne & Nummi? ecce istos probos, & veteres.



Effugium  
quorundam.

Sed id vanū.

Alter est M. Poblicij Proprætoris & Legati Cn. Pompeij: alter Tituri Sabini, fortasse Cæsariani in Gallia Legati. At enim, inquiunt, Polybij aeo ita omnino fuerit: postea eares immutata. Numquam id dederim. Quis enim halitus aut quæ aqua bausta fecit subito hos diuinos? Denique ut decidam: dabo nummum qui etate par-

aut

aut maior Polybio, in quo gladius palam si-  
nister. Vide.

*Nummus ve-  
tus arguit.*



Seruiliū nummus est: ut ipse clamaret eius,  
qui Floralia primus fecit. Quando igitur  
ea facta? Plinius ait, libro XVIII. anno ur-  
bis DXVI. Velleius referre videtur in an-  
num DXIV. certe uterque, ante bellum Pu-  
nicum secundum. Et iam ne effugium illud  
satis obseptum de remutata? At pugnant  
etiam in me Diodori verbis, lib. v. Aut τῷ  
Ξίφῳ παθασκέχοι μηνεδε, οὐδὲ νέος ἢ χαλ-  
καῖς αἰλύσεων καὶ πρημπτάς, ωδῆς τὸν δέξιὸν  
λαγήνα. loco gladij Spathas habent oblon-  
gas, ferteis siue æteis catheris dependen-  
tes ad latus dextrum. En, palam, inquiunt,  
collocat ad latus dextrum. Fateor. sed de  
quibus populis id Diodorus? non de Roma-  
nis, ne fucum faciant, sed de Gallis. Quod  
idem de Germanis etiam Strabonem tradi-  
diffe scio: Μάχαιρα, inquit, μαχαιράπητη  
μέν ωδῇ τὸ δέξιὸν πλεόν. Machæra lon-  
ga, aptata ad latus dextrum. At qui mea  
assertio

*Ad Diodori  
verbarepon-  
sum.*

*Et Strabonis.*